Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Postilla super Osee, Iohel, Amos, Abidiam, Ionam, Micheam, Abacuk, Sophoniam, Aggeum, Zachariam, Malachiam, Thobiam, Baruch cum epistola Ieremie, Iudith, Machbeorum I. II, libros Sapiente, ...

Nicolaus <de Lyra>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Postilla super Naum

urn:nbn:de:bsz:31-87081

Visual Library

Incipit postilla super Naum
prophetam. Capitulum primum.

Omnibus ninive prophetia naum in
duas partes dividitur scilicet in prohemi-
um et tractatum qui incipit ubi dominus
emulator. Circa prologus primo tangit
materia huius prophetie ingeritur cum
dicitur Omnibus ninive id est prophetia de
malo pene eventuro super ninive
sicut dictum fuit Ione iii Niniuitis
ad predicationem Ione agentibus
penitentiam deus non intulit penam
comminatam. Sed quia postea redierunt
ad vomitum deus destruxit nini-
ve regnum per nabuchodonozor re-
gem caldeorum et hanc destructionem
predixit prophetice testes thobias xiii
capitulo et de ista loquitur naum propheta
Secundo notatur auctor cum dicitur liber
visionis naum helchesei ita quod
notificatur ex nomine cum dicitur Naum
qui interpretatur consolator et con-
venit sibi ex prophetie quia destructorem assi-
riorum denuntiavit ad consolationem decem
tribuum que per eos fuerunt multum afflicte
tempore ezechie. Item ex loco nativitatis
sue cum dicit helchesei. 3o ex officio pro-
phetandi non solum verbo sed etiam scripto
cum dicitur liber visionis licet enim xii prophete
sint collecte in uno volumine cuiuslibet prophetia
singulariter posset dici unus liber parti-
calis. ¶ Deus emulator. Hic inci-
pit tractatus in quo zelus divine iustitie
declaratur. Secundo ad propositum applicatur ibi
Bonus dominus. Prima in duas quia primo
ponitur rigor ad puniendum. Secundo ri-
gor sue potentie ad exequendum ibi dominus
in tempestate. Circa primum dicit dominus
emulator id est ira [?] seu vindicte
appetitor contra peccatores obstinatos
Emulator enim aliquando ponitur pro irato sicut
ezech. viii erat statutum ydolum zeli
ad provocandum emulationem id est dei iram et si-
militer dictum fuit in hebreos hic dominus
attendens. Ira enim dupliciter diffinitur
a philosophis uno modo materialiter
et sic ira est accensio sanguinis circa
cor et sic dicitur in hebreo dominus attendens
secundo ira alio modo formaliter sic ira
est appetitus vindicte et sic hic sumitur
latio ira Deus emulator id est vindicte
appetitor ut dictum est. Sciendum tamen
quod passio ire non est in deo proprie sed
methaphorice quia ad modum irati se habet
qui punit. Cum subditur et ulciscens
id est puniens et repetit predicta pena
plurimos cum subdit ulciscens dominus
dicitur ad maiorem affirmationem divine com-

dicte contra peccatores obstinatos Dominus
patiens quia non statim punit peccatores
sed expectat eorum penitentiam ut scilicet
punicio iustior ostendatur et magnus
fortitudine q. d. talis expectacio pu-
nitionis non est ex defectu virtutis et
mundans non faciet innocentem a pec-
catores obstinatos non dimittet tran-
sire sine debita punitione et si cont-
inue nocentes continuando ad presenciam
vel aliter mundans peccatorem penit-
tentem a culpa non faciet innocentem sed
liberum a pena quia pene sunt quedam
medicine peccatorum purgative ¶ Dominus
in tempestate hic consequenter ostenditur
rigor divine potentie cum dicit Dominus
in tempestate et turbine vie eius
q. d. sic consuevit venire ad puniendum
peccatores obstinatos De hac habetur
exemplum exo. xiiii ubi dicitur quod pu-
nitione peccatorum egiptiorum precess-
sit ventus vehemens et urens to-
ta nocte et in debellacione exercitus si-
sare venit in tempestate Iudic. v. Et
similiter in debellatione philistinorum
orante samuele primo regum vii et
in pluribus locis aliis habetur simile Et
nebule pulvis pedum eius Et vero
cum turbinis elevatur pulvis obscu-
rans aerem ad modum nebule et
dicitur ex dei [illegible] pedibus quia pre-
ditur ex terra secundum aliud modum loqui
quo dicitur ysaie lxvi Celum michi
sedes est et terra scabellum pedum meorum
Increpans mare et exsiccans id

sua virtute sicut patet exodi xiiii
Deinde [illegible] Et omnia flumina ad
desertum adducens sicut enim siccavit
alveum iordanis ita posset omnia
flumina desiccare Infirmatus est
basan et carmelus que sunt loca
uberrima et flos libani elanguit
qui solet esse virror continuus et
hoc fuit tempore helie ex siccitate in
ducta divina virtute tribus annis
et mensibus sex Montes commoti
sunt ab eo hoc propter apparuit
in tre montibus divina virtus sic
inducta ad ostendendum magnitudi-
nem virtutis divine Et solo concluditur
Ante faciem indignacionis eius
quis stabit q. d. nullus Indignatio
eius effusa est ut ignis hoc patuit
in subversione sodome et gomor-
re igne et sulphure et petre
dissolute sunt ab eo Et [illegible]
cum igne resolvuntur lapides ut patet
in calce Bonus dominus hic contra
illud quod dictum est de rigore divine iusticie
et rigore sue potentie adiungit ap-
plicatur in punitione regni assiriorum
in quo metropolis erat ninive
Et dividitur in duas partes quia
primo ponitur ultio regis sen-
nacherib punicio secundo in duas
quia primo circa sennacherib ponitur
ultio divina Secundo exultatio terre
iuda ibi ecce super montes Ad
intellectum primi sciendum quod sicut
habetur quarto regum xviii Sennacherib

cherib venit in iudeam et de lachis
misit rapsacem cum alijs ad terrendum
ezechiam et suum populum Sed rege
ethiopum ei vadente contra senna-
chirib compulsus fuit in iudeam ad
destruendum eam et tunc angelus
domini percussit in exercitu eius lxxxv
milia bellatorum et ipse cum paucis
fugit ad terram suam et interfectus
fuit a filijs suis quarto Regum xix et
sic confortatus fuit ezechias cum
populo suo et secundum hoc dicit Bonus
dominus et confortans scilicet ezechiam et
populum suum et sciens scientia approbacionis
sperantes in se scilicet ezechiam et ysaiam
et alios iustos contra sennacherib
Videmus confidentes auxilio Et
in diluvio pretereunte id est in fortitu-
dine exercitus sennacherib secundum quod dicitur
ysaie viii Adducet dominus super eos
aquas fluminis fortes et multas regem
assiriorum Et sequitur ibidem Et ibit
per iudeam inundans consummationem
faciet id est destructionem per angelum
ut dictum est Quid cogitatis contra
dominum tu sennacherib et exercitus tuus
quasi diceret Vos cogitatis destruere
civitatem domini et templum sed non
poteritis Et subditur causa Consu-
mmationem ipse faciet exercitui tuo
Non consurget duplex tribulatio
scilicet sennacherib non tribulabit regnum
iuda iterum captivando sicut salma-
nasar pater suus regnum israel tri-
bulavit Quia sicut spine se in-
vicem complectuntur et sic invicem

comburuntur Sic convivium eorum
vespere enim noctis in qua angelus
exercitum percussit redigendo in ci-
neres corpora bellatorum Rex ferculis
principibus exercitus convivium Ex te
exibit cogitans contra dominum maliciam
Ille fuit rapsaces missus a rege
ad terrendum ezechiam et populum ut
sic se redderent et ducerentur in terram
ydolatrie subiectam Si perfecti
fuerint scilicet bellatores in fortitudine
si fuerint perfecti et in multitudine
sic quoque attondentur id est ab angelo
percucientur que percussio vocatur
rasio sive attonsio ysaie vii In die
illa radet dominus in novacula acutam in
rege assiriorum caput et pilos pedum
et barbam universam Afflixi te et non
dicit dominus ad ezechiam et populum suum qui
fuerunt afflicti per regem assiriorum
et non affligam ultra scilicet per assi-
rios tamen postea tempore sedechie populus
fuit afflictus per caldeos Et nunc
conteram virgam eius id est potestatem
et vincula tua disrumpam quoniam
interfecto exercitu poterunt libere ire
per iudeam Et precipiet super te
dominus Verbum est prophete ad sennacherib
de quo precepit angelo ut percuteret
exercitum eius Non seminabitur ex
semine tuo amplius id est non vastent
te ultra filii qui fugiens in terram
suam cito fuit interfectus a filiis
suis scilicet post quadraginta quinque dies
a fuga sua thobie primo Videmus

dei tui interficiam quia in templo
ydoli sui fuit interfectus quarto
regum xix Et sequitur sculptile et
conflatile ponam sepulchrum tuum
quia inter ydola fuit occisus et sic in
sepulchrum factus est et ei honor regius
eo quod erat factus toti populo exosus in
putanti destructionem exitus predicta
superbie sennacherib deum israel blasphe
mantis quarto regum xix ¶ Ecce super
montes hic consequenter ponitur ex
ultacio populi iudee cum dicitur Ecce
super montes pedes evangeliz
antis quia percusso exercitu et sen
nacherib fugiente statim ezechias
misit cursores ad denunciandum di
vinum auxilium sibi factum et ut omnes ve
nirent in ierusalem ad reddendas gratias
deo de tanto beneficio Quia non addiciet
ultra ut pertranseat in te belial
id est absque iugo per quod intelligitur
sennacherib qui nec deum nec homines
venerabatur Universus interiit quia
post mortem sui exercitus occisus fuit
ut dictum est

Ecce ij

Ascendit Postquam propheta
denunciavit percussionem
sennacherib assiriorum regis
hic consequenter denunciat destructionem
regni in quo metropolis erat ni
nive que destructa facta fuit per
nabuchodonosor regem babilo
nis post mortem sennacherib Et
primo ponitur hec destructio Secundo
destructionis causa capitulo tercio
Prima in tres quia primo ponitur
ninive obsidio Secundo obsesse captio

Tercio porte fluviorum Secundo capte depredacio
ibi diripite Circa primum alloquitur
regem assiriorum dicens ascendit
id est ascendent currus et equites
exercitus caldeorum qui dispergat coram
te vastando terram tuam in circuitu
tuis et non parcis resistere qui custo
dias obsidionem circa munitionem usque
quo capiet eam Contemplare viam
tuam id est dispone te ad occurrendum et tuos
bellatores confortando quasi diceret hoc
est [illegible] et subditur
causa Quia sicut reddidit dominus super
biam iacob destruendo sennacherib
eo quod egit contra duas tribus sic
superbiam israel simile vero reddet
destruendo totum regnum assiriorum eo
quod superbe egit contra regnum decem
tribuum israel crudeliter captivando quia
vastatores id est caldei venientes dis
sipaverunt eos id est dissipabunt assi
rios et propagines eorum id est filios et
filias Clipeus fortium eius id est na
buchodonozor armatus erant ubi
lamine erce ad solis radios re
fulgentes sicut ignis ad terrorem
assiriorum et ad obsistendum oculos
eorum Viri exercitus in coccineis he
bant cum super arma de nativa
rubea ne si aliquis eorum vulneraretur
ex apparentia sanguinis alii terrerent
Igne habene currus id est currium
erant aliqui habene laminate et sic
radiis solis fulgebant sicut ignis
In die preparacionis eius scilicet ad prelium

et equis erat de assiriis. De quibus
dicitur: Et agitatores eius, id est auri-
ge. Propheta enim de eius exitu loquendo
transit ad actum et equos sicut solet
fieri in descriptione bellorum cum sopiti sunt,
id est attoniti pre stupore. Unde subdit:
In itineribus conturbati sunt, nescie-
ntes currus ducere. Unde subditur: Quadri-
ge collise sunt ex defectu ductoris,
et subditur causa huius stuporis timoris:
Aspectus eorum, id est caldeorum, quasi lam-
pades, id est propter refulgentiam armorum
ut predictum est. Quasi fulgura discurrentia,
velociter et audaciter currentes contra
assirios. Recordabitur enim rex as-
siriorum fortium suorum qui solebant
esse constantes et animosi et facti
sunt pavidi. Unde subdit: Ruent in
itineribus suis, non potentes resis-
tere caldeis. Unde subdit: Velociter as-
cendent muros eius. In hebreo
habetur: festinabunt muros suos, ut qui
non poterant resistere in campo defen-
derent se in muris. Et preparabitur um-
braculum, id est tentoria caldeorum in circui-
tu civitatis ponentur ad eam obsidendam,
et sic patet civitatis obsidio. ¶ Porte
fluviorum. Hic consequenter describitur
ipsius captio cum dicit: Porte fluviorum,
id est porte ninive que confidebat in mu-
nitione fluviorum, aperte sunt, id est fracte
per impetum caldeorum. Et templum usque ad
solum dirutum, scilicet templum ydoli, scilicet
nesrach, quod colebant reges ipsius
regni, ut iiii Regum xix. In hebreo habetur: et palla-
cium, scilicet regis, ad solum dirutum

in regno contemptum. Et miles cap-
tivus etc., id est milites regni assiriorum.
Scriptura enim frequenter ponit sin-
gulare pro plurali. In hebreo habetur: et
astans adducta est captiva. Et dicitur
astans regina, ut dicit Ra. Sa. Iuxta
illud Ps. xliiii: Astitit regina a dextris
tuis. Et littera sequens concordat cum
dicitur: Et ancille eius minabantur in
captivitate a caldeis gementes, id est non
audentes alte clamare pre timore. Et
ninive quasi piscina aquarum aque
eius, id est munitio fluviorum de qua con-
fidebat non resistit adversariis sicut
aque piscine resistere non possunt pre
sui parvitate. ¶ Ipsi vero fugerunt,
scilicet de civitate quicumque potuerunt fugere.
Diripite. Hic consequenter describitur
civitatis capte depredatio cum dicit:
Diripite vos caldei argentum, aurum,
id est quecumque preciosa. Dissipata est,
scilicet ninive, et scissa per fractionem
murorum in pluribus locis. Et cor ta-
bescens, id est defectus factus est bella-
toribus viris. Et dissolucio geniculorum,
id est genuum que tremunt ex timore, et ideo
dicit geniculi diminutive. Et de-
fectio in cunctis renibus, ita quod non
poterant stare. Et facies omnium sicut
nigredo olle ex fame et fumo
incendii ninive. Unde subditur de-
risorie: Ubi est habitaculum leonum, id est
ninive, ubi solebant reges et prin-
cipes inde qui erant feroces
ut leones. Et pascua catulorum, id est
filiorum. Ad quam ivit leo, id est rex

i. quam civitatem ingressus est
ut ibi habitaret secure cum catulis
suis i. filiis et famulis quasi diceret
nulla quia non habet refugium a facie
caldeorum leo cepit sufficienter
i. habundanter bona multorum reg-
norum sibi diripiendo Unde dicit
quarto regum xix Vere domine dissipaverunt
reges assiriorum gentes et terras
earum et necavit leenis suis i.
interfecit reges terre ut corona pre-
ciosa afferret uxoribus suis et con-
cubinis et implevit preda speluncas
tas suas i. domus suas Odio sub-
ditur ultio divina Ecce ego ad te
dicit dominus tuus virtutum non potest
resisti et succendam usque ad fu-
mum i. totaliter quadrigas tuas
in quibus alia regna devastasti
et leunculos tuos comedet gladius
i. filii tui interficient et exterminabo
de terra sua tua predam tuam dando
eam caldeis et non audietur ultra
vox nunciorum tuorum ad blasphema-
ndum deum sicut rapsaces qui ad te mis-
sus blasphemavit quarto regum
xviii Stetit itaque rapsaces et
exclamavit voce magna iudaice
ait et sequitur ibidem Noli au-
dire ezechiam quia vos decipit
dicens dominus liberabit nos Num-
quid liberaverunt dii gentium ait qui
dicet Nec dominus vester poterit vos
14 liberare cap. iii
v Ve civitas Post civitatis
destructionem hic propheta
declarat destructionis rationem que
fuit civitatis malicia tum hoc tamen
interponit de pena et dividit in
duas quia primo propter maliciam nunciatur
eius depopulatio Quo modo multiplex
confusio ibi Ecce ego Circa primum di-
Ve civitas sanguinum i. tunc pluries fuit
effusio multi sanguinis et universa men-
dacii i. tota dedita mendacio Ut
quos non poterat superare virtute de-
ciperet fraude Dilaceratione plena
i. divisionibus intrinsecis que signum
quamque subversionis ait xii omne
regnum in se divisum desolabitur
Non recedet a te rapina i. caldei
te obsidentes non recedent a te
donec rapuerint omnia bona tua
Vox flagelli i. sonus flagelli in-
citantis equos currum et equitum
super te venientium et micantis
gladii ad te occidendum et fulguran-
tis haste i. velociter vibrante
admodum fulguris et multitudine
interfecte Et cadaveribus tuis Et
corruent in corporibus suis quasi diceret
tanta erit multitudo interfectorum
quod unus interfectus super alium cadet
et subditur causa propter multitu-
dine fornicationum spiritualium que se
ydolatrie et corporalium meretricis spe-
ciose id est i. nimiue attrahentis alios
gentes ad suas ydolatrias per
multas vias Et habentis maleficia
i. habentis in se maleficos i. incan-
tatores magicis artibus utentes

que vendidit gentes in fornicationibus suis quia pulcras puellas aliarum gentium captas exponebant minime prostibulis precio et eadem faciebat de pulcris iuvenibus in vitio sodomitico. Ecce ego hic consequenter ostenditur a primo ninive derisio et sub nomine ninive totius regni assyriorum et dividitur in duas partes quia primo ostendit propositum sub parabola locuste 2o sub parabola fornicarie que congregate. Prima in duas quia primo ponit parabolam 2o exemplum de civitate alia ibi Numquid. Circa primum dicit in persona dei ecce ego ad te ponendam in vituperium et derisionem et revelabo pudenda tua loquitur de ea sic de muliere fornicaria deprehensa cuius turpitudo omnibus manifestatur et propriam super te abhominationes quia faciam te despici factis et verbis sicut dolem. Et ponam te in exemplum scilicet correctionis aliorum tua punitione videntium. Ideo subdit. Omnis qui te viderit resiliet a te et a maleficiis tuis ne similiter puniatur quis commovebit super te caput et compatiendo quasi dicit nullus sed dicent omnes super te dei iudicium. Numquid hic consequenter ponitur exemplum de alia civitate destructa per nabuchodonosor in egipto qui prius vastavit egiptum quia regnum assyriorum cui dicit Numquid melior es alexandria quasi dicat non. Quia non poteris stare contra nabuchodonosor sicut nec illa

In hebreo habetur Numquid melior es No amon. hec enim civitas vocabatur No que destruxit eam nabuchodonosor et dicebatur amon quia ibi nutriebantur pueri regis propter pulcritudinem et bonitatem situs. Ut dicit Ra. Sa. Postea per magnum tempus allexander intravit egiptum et reedificavit hanc civitatem vocans eam nomine suo allexandriam. Translator autem dimisit nomen antiquum quod iam erat oblivioni datum loco eius posuit nomen novum quod erat famosum populorum a. que multos populos habuit sub se que habitat in fluminibus. Per hoc designatur amenitas situs et fortitudo cuius divitie inde a. divitie que apportantur per mare aque murus eius a. circumdant muros eius ad maiorem fortitudinem. Ethiopia fortitudo eius a. confederata ad eius fortificationem et egiptus cuius tunc erat metropolis et non est finis diviciarum suarum a. fortitudinis. Affrica et libies fuerunt in auxilio tuo a. in auxilio allexandrie mutatur enim modus loquendi de tercia persona ad secundam. Sed et ipsa non obstantibus predictis in transmigrationem ducta est per nabuchodonosor parvuli eius quibus consuetum est in bellis parci et in hoc notatur crudelitas caldeorum et super inclitos eius miserunt sortem ad determinandum quis quos haberet captivatos. Et omnes optimates eius confixi sunt in compedibus qui tamen solent honestius tractari propter

reuerentiam status Et tu ergo in
nunc in ebriaberis a similibus peis
uel maioribus replebeis Et tu queres
auxilium ab inimico a illi a quibus
auxilium speras hre sicut t inimi
ci Omnes munitiones tue sicut ficus
cum ficis deiciuntur ad terram quantum
quod sunt fortes Ecce populus tuus mulieres
i statutus e pauidus et impotens
ad resistendum et sic intrabunt hos-
tes Deuorabit ignis uectes tuos
et tanta est uehementia incendij
quod faciet ferri portas liquescere
Aquam propter obsidionem hauri
tibi Ironice loquitur q dicere nulla
munitio ualebit tibi circumuallatio uel
fortalicio Quod eius subdit peribit
gladio scilicet caldeorum Deuorabit
te bruchus et ita faciliter ducet te
ad mortem sicut bruchus moritur ad
ueniente frigore Congregare
hic tanter ostendit eius derisiorum
destructio sub methafora locuste tu dr
Congregare uel sicut bruchus et
locusta congregantur in magna multi-
tudine Ita quantumque magna multi-
tudine bellatorum agregaris non
tamen poteris te defendere Quod subdit
bruchus expansus e et auolauit a-
expansus tuus fugiet a facie caldeorum
custodes tui locuste qui a bella
tores tui in potentes te custodire
que consident a simul sedent
in sepibus Quando enim locusta
adueniente frigore se in sepibus
congregant et cum se oriuntur calidum

prius contra sed si super cremat
ortus solis antequam sunt mor-
tue euolant inde Et per hoc «statim
designatur methafore quod assirij
timore nabuchodonozor in for-
talicijs congregarent et postea
extra terram suam in captiui-
tatem ducentur Dormitauerunt
pastores tui a consiliarij tui
nescientes consilium e sepelientur
principes tui sepultura asini quod
vij lactauit populus tuus in mon-
tibus fugientes ad loca inaccessi-
bilia equitibus et non est
obscura a occulta contritio tua
sed omnibus manifesta pessima
plaga tua quia nullus apponet
remedium quod subdit Omnes qui
audierunt auditum tuum a malum
uenientes super te qui audierunt
ubique compresserunt manum suam
super te a magis produxerunt
agrimudinem quam alleuiarent cum
tu subdit quia super quem non
transijt malicia tua semper quod
nulli aut pauci sunt populi qui
non sunt a te afflicti et oppressi
propter quod gaudent nimium depres-
sione in hoc etiam apparent laudentes
iusticie dei qui e benedictus in s
s Amen

Explicit naum propheta

Incipit abacuck propheta capitulum primum